



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

XV. Vergleich zwischen dem Stadtrathe zu Neuruppin und der Elendengilde daselbst über Einsammeln von Almosen, das Bergräbniß der Armen und über die Beschaffung des Weines und der Hostien auf ihrem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

communitam. Datum Reppin, Anno domini MCCCL. quinto, in vigilia nativitatibus ejusdem, Presentibus Domino Henningo de Lo milite, Arnoldo de Ikendorp, Rigberto et Hermanno dictis de gulen, famulis, Et Domino Nicolao de Spadiz, nostro notario, et pluribus aliis fide dignis ad hec vocatis in testimonium veritatis.

Nos Burchardus, Dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, presentem litteram in singulis suis articulis et membris, prout justa fuerit, in nomine Domini confirmamus. Datum in Nova Ruppin, Anno Domini MCCCLVI, feria quarta ante dominicam palmarum, sub testimonio nostri sigilli majoris hijs appensi.

Nach Bratring's handschr. Urkunden-Sammlung.

XV. Vergleich zwischen dem Stadtrathe zu Neuruppin und der Elendengilde daselbst über das Einsammeln von Almosen, das Begräbniß der Armen und über die Beschaffung des Weines und der Hostien auf ihrem Altare, vom Jahre 1360.

Cum hominum memoria continue defluat — expedit, ut acta sub tempore, ne simul cum ipso defluant ab hominum reminentia, scripti robore ac testibus obtineantur. Nos igitur Petrus de Lyndow, Johannes Wedegonis, Hermannus Witte, Johan Paschedach, Thidericus Pricerwe, Nicolaus Rostuscher, hoc anno consules in Ruppyn, ad perpetuam rei memoriam notum fieri cupimus tam presentibus quam futuris, quod oportunitate captata, consilio prudentiorum nostre civitatis communicato, concordavimus et ad finem perpetue duraturum placitavimus cum dilectis nostris concivibus Fraternitatis exulum in hunc modum. Quod postpositis omnibus erroribus et diffencionibus, hactenus inter nos et ipsos habitis, jam dictis Fratribus exulum et eorundem Fraternitati pio favore concedimus et donamus tabulam ac omnes elemosinas, per ipsos exulum nomine petitas, cum omnibus fructibus de predicta tabula cedentibus, quibus uti debent in perpetuum ad altare, in Ecclesia parochiali fundatum et dotatum per eosdem. Ad recompensam vero jam dicti beneficii, dictis Fratribus per nos exhibitis, Ipsi et eorum successores debent funera pauperum et exulum sepelire, et hoc magistris Fraternitatis fideliter procurabunt. Preterea sciatur, quod predicti Fratres ad precacionem nostram provisoribus ecclesie parochialis III marcas argenti brand. ad usum ejusdem ecclesie (erogabunt) et ipsi provifores quicumque fuerint ad predictum Altare Fratrum exulum partes panum et vinum ad consecratam hostiam perpetue ministrabunt. Ut igitur hec ordinacio vigorem obtineat sempiternum ipsam in scriptulam etc. — Testes prescriptorum articulorum sunt honesti viri h. quasi, Ar. Pricerwe, Albertus de Aken, Wichman Glude, Johan Oldendorp cum pluribus fide dignis. Actum Anno domini MCCCLX in vigilia penthecostes.

Nach Bratring's handschr. Urkunden-Sammlung und Lampe's Mittheilungen.

XVI. Statut des Rathes zu Neuruppin für die Schuhmachergilde, vom Jahre 1360.

Nos — hoc anno Consules nove Ruppin, ad tollendum quemlibet oblivionis errorem et ad perpetue memorie roboris firmitatem, scire volumus tam posteros quam presentes, quod, antecedente